

A patris psona, alia vero filij: ita ut spm̄ ex patre procedere, aut ex p̄se filioq; diuersa pro-
 fus significant: ut suo loco diffusius disputabimus, cū interrogādo, mutuoq; responden-
 do, breuibus agemus. Nunc ad aliud argumentū vestrū veniemus, quod ex symbolo
 diuersis Christianoꝝ linguis, idē tamen significātibus prolato, sumitis: afferentes, nobis
 de dictionibus illis curā nō esse debere, quā rem vnā significēt. De quo quidē argu-
 mento, etis paulo ante, cū de prima parte ageremus, mentionē aliquā fecimus, nunc ta-
 men plenius dicimus illud, sanctū spiritū ex patre et filioq; procedere, non solū dictiones
 diuersas esse, verū etiam res diuersas significare. Nā vnaquæq; oratio vnū habet signifi-
 catū. Spiritū autē ex patre procedere, oratio vna est: ex patre vero, filioq; duæ: quæ licet
 vna tantū dicatur coniunctione, duas tamen orationes negatiue contrarias cōtinet: alte-
 ram quidē vestra nostraq; sentētia falsam: alterā vero (ut nostra fert opinio) verā. Voci
 bus ergo diuersas eandem vel diuersas res significare, non est idē. Si namq; nos Græco,
 vos autē Latino sermone protulerimus, bona dies, ob id profecto nequaquā dissentire: rem
 em̄ vnā significaremus: proptereaq; coniuncti essemus, quemadmodū ante addi-
 tionē huiusmodi fuimus. Nunc vero non solū a vobis Romanis differamus necesse est,
 verū etiam ab ipsis nostris hominibus longe dissentiremus, si tale peccatū cōmitterent.
 Sed ponamus orationē ipsam rem vnā significare, haud tamen propterea non interdī-
 cto tenemini, quo quidam omnis additio vetita est. Præterea cuiusvis scientiæ, dicitis,
 principia, ea omnia continēt, quæ in ipsis scientiis tractātur. Et qm̄ fides nostra scientia
 theologica est, eius idcirco principijs dogma vestrū verū esse probare potestis: Quod
B quidē nobis si probaueritis, gratias vobis agemus, ipsum tamē propterea fidei nostræ
 principijs forsitan nequaquā addiderim, cū inconueniens sit quicquā principijs addere: no-
 stris p̄sertim, propter tertij concilij interdīctum. Principium em̄, & ea, quæ post princi-
 pium sunt, in multis, imo forsitan in oibus, inter se differunt: quandoquidē illud cōmune
 est, hæc vero particularia, necnon ex illo solēt fieri demonstrationes, hæc autē demon-
 strant. Illud deniq; prima syllogismi propositio est, hæc vero cōclusiones. Quoniam
 igitur pacto cōmune fiet particularē vel demonstrationis principij cōclusio demon-
 stratiq; fiet: Necessē est igitur posteriora a principijs suis contineantur, non autē ipsi
 addantur, p̄sertim si, quod interdīctū, ut in re, de qua agimus, intercesserit: tunc em̄ nul-
 la prorsus fieri possit additio. Vnde euenit, ut tameti cōplura vera sint in theologia,
 eius tñ principijs ea nequaquā addita fuerint. Cuncta nāq; diuina dogmata ex sacræ scri-
 pturæ fonte hauriuntur, q̄ fidei nostræ principij, ac magnū fundamentū existit: cui quod
 dem nil huc vsq; prorsus est additū, neq; vnquā a nobis dum liberi erimus, neq; ab alijs
 Christianis, ut credimus, addetur. Siquidē igitur diuinū symbolū in dei ecclesiæ princi-
 pium esse censemus, nil ei prorsus addendū est. Ipsam autē ecclesiam, vnā eandemq; sem-
 per esse, ac vna eadēq; facultate p̄ditā esse debere, cōcedimus: ita tñ, ut sanctoꝝ patrum
 decreta seruet, ipsaq; pro diuinis vocibus reputet. Synodi nāq; diuersæ rationibus diuer-
 sis adductæ, varijs tēporibus celebratæ fuerunt: q̄ quidē ad vnū eundēq; finē, hoc est, ad
C hominū salutē tendētes, diuersas res pro tempore conditione tractarunt, ac de dissimi-
 libus rebus leges dissimiles promulgarunt. Leges igitur ipsas posteriores synodi serua-
 re, quæq; ab illis necessario definita fuerant, neutiquā præterire debent. Sic em̄ magis
 vnā ac eandē facultatē ecclesiæ semper habebit: sin minus, ipsa se ipsam destruet, spon-
 teq; sua corruet. Quod quidem igitur a maioribus nostris prohibitum fuerit, id pos-
 teriores cauere debēt. Cōtra, quæ illi nō interdixerāt, ne cui liceret expositiones suas ex
 tra primitiuā scripturā reponere, idcirco sacrā scripturā ita nos exponere possum⁹, quē
 admodum ipsam Agathon, Cyrillus, Sophronius, multiq; alij explanauerant: quippe
 qui, quæ sibi clara reddere licebat, priuatis ea commentarijs explicauerant. Porro
 autem nobis curandum non est, quid quisq; eorum dixerit, aut scripserit, cū præsertim
 ipsorum sensus perfectus fuisse credatur. Cuius ergo communia dogmata seruanti, li-
 cet suā, ut sentit, fidem exponere; de communi autem dogmate, diuino ve symbolo fer-
 re legem, fas esse nemini credimus. Qua quidē ratione beatus Agathon multiq; p̄sules,
 ac alij minore dignitate præditi doctores, populos fidem docuerunt, quod minime no-
 bis videtur ob stare. Sed hæc hæcenus. Quemadmodū autē vos, patres ampliss, de eis-
 dem rebus bis differuistis, & si de ipsis ab initio luculentā orationē habueritis: ita nos etiā
 de quibus multa modo fecimus verba, ea paucis repetere volumus, tum q̄ in superiore